

multa debet inquirere ex officio, quia agitur de Pastore animarum, c. cum nobis de elect., & ad correctionem peccatorum, & regulariter negligere ea, quæ sunt necessaria ad salutem animarum sibi commissarum, culpa mortalis est. Vivius commun. opin. lib. 1. opin. 30. num. 22.

57 Fallit quintò, in causis miserabilium personarum, tex. in l. illicitas §. & ne tenuis ff. de off. presid., & in l. rescripto 6. §. fin. ff. de muner., & honor., Farinac. fragm. crimin. p. 2. Vers. Judex num. 351., & repertor. judicial. quest. 76. num. 10., Novarius de privil. miserab. person. privil. 58. num. 8. 9. 10., Leoncil. de privil. paup. p. 2. privil. 186., & 295., tenetur enim Judex speciali obligatione exercere officium suum circa miserabiles personas, vel pium actum, Bartol. in l. 4. §. hoc autem iudicium in 5. oppo. ff. de damno infecto.

58 Fallit sextò, favore dotis, Navar. dicto privil. num. 11. Jordan. de off. judic. num. 39., ubi quod idem habet locum in legatis piis in causa alimentorum, Surd. de alim. tit. 8. privil. 4., & 75., Afflict. decis. 371., Leoncil. decis. Ferrar. 36. num. 5.

59 Fallit septimò, in iis, quæ sunt nota iudici, ut iudici, idest ex actis resultant, juxta c. cum olim. de verborum signific., puta, ex instrumentis coram se lectis, & productis, glos. in c. judicantem in Vers. remaneat. 30. quest. 5., & est bonus tex. in c. constitutus, ibi ne tamen peremptorias exceptiones ex eorum parte propositas videamur sub silentio præterire, ita si ex actis aparet discussionem esse faciendam, potest Judex supplendo insistere, ut fiat, etiam parte non petente, Benedict. de Plumbino tract. de discussionibus nu. 1., Guido Papa tract. de appellat. num. 8.

60 Limita, quod Judex poterit supplere, etiam in iis, quæ novit, ut privatus querendo, & disputando, non autem ponendo, Specul. d. tit. de disp., & alleg. advoc. sub num. 7. arg. ex leg. adiles §. item sciendum ff. de edil. edict.

Ex quibus notatur, quod in causis spoliarum licet multum urgeant privilegia Camera, & fisci, tamen si in actis constet de solutione, præscriptione, rejudicata, vel alia simili exceptione, licet non opponatur talis exceptio per partem, tamen Judex supplet pro reo opponendo talem exceptio-

ne, Redoan. de spoliis quest. 13. num. 75.

61 Fallit octavò, ubi concernit honorem iudicis, Bart. in d. l. 4. §. hoc autem, in 3. oppositione per tex. in l. eos circa finem C. de appellat., Socin. d. reg. juris 23. in 2. fallentia, & ex eadem ratione potest Judex se offerre defensionem causæ, in qua iudicavit, & sic defendere sententiam suam, arg. c. dilectus filius 26. de rescriptis, ubi Abbas num. 26., Barbosa num. 3., Felin. num. 3., Gabriel. tit. de citat. conclus. 1. num. 82.

62 Fallit nonò, ubi pars esset absens, supplet enim ejusdem defectus inducendo instrumenta, & alias probationes, l. 1. C. si per vim, vel alio modo, ibi iudices absentium suscipiant in jure personas, & confert, tex. in l. properandum 13. §. fin. autem C. de iudiciis, ibi litigatoris absentia Dei præsentia repleatur, Leoncil. decis. Ferraria 40 num. 8., & de privil. paup. p. 2. privil. 1. nu. 4., Specul. supra num. 5.

63 Fallit decimò, in iis, quæ de novo emergunt post litem contestatam, etiam si partis utilitatem concernant, ut sunt expensæ in re factæ, vel fructus ex ea, quæ non poterunt peti in libello, cum emergant post litem contestatam, ideo iudicis officium supplet, ad tex. in l. adiles §. item sciendum ff. de edil. edict., Specul. supra §. fin. Vers. quid si fructibus & Socin. supra fallentia 5.

64 Fallit undecimò, in causa criminali, in qua potest querere defensionem accusati, tex. inevitabilis, in l. si non defendatur, ibi (ut qui cognoscit) supplet (Judex cum glos.) debet de innocentia eorum querere, l. non tantum ff. de appellat., & plura ad hoc allegat, Bossius pract. crim. tit. de confessis n. 7., ubi declarat, id intelligendum, ut procedat donec reus sit confessus, secus postquam confessus est, Ciacius ad defensionem reorum discip. 9. num. 68., Farinac. fragm. crim. p. 2. in Vers. Judex num. 353.

65 Ex quo sequitur, quod Judex possit repellere ex officio accusatorem omninò notoriè inhabilem, ut Judæum, infamem, ne frustra fatigaretur accusatus, c. 1. de accusat., ibique Ancharan. Jo. Andr., maxime si velint accusare Clericum, c. querendum, c. alieni 2. q. 7., Clar. lib. 5. §. fin. q. 15. num. 1., ubi Bajard., limita si suam, vel suorum injuriam prosequantur, quia etiam notoriè inhabiles non repelluntur, Farinac. q. 13. num. 57., tacit c. de cætero de testibus.

66 In hoc tamen dicto, benè observandum est, quod si intelligatur, ita ut Judex suppleat ad habendam veritatem, de qua ipse habeat inditia, aut extrajudicalem cognitionem, procedit dictum, supplet enim, ubi cognoscit advocatos deficere, ex quo veritas erui possit, Antonel. de tempore legal. lib. 4. c. 19. sub num. 6., Farinac. conf. 156. num. 24. lib. 2., Vermigliol. conf. 18. num. 21., & conf. 205. num. 4.

Quia nunquam contra veritatem potest iudicare, sed pro viribus eam debet inquirere iudex, justitia enim veritatem sectatur, Bajard. ad Clar. lib. 5. §. fin. q. 44. num. 61., ubi etiam ad condemnandum reum supplet, ubi delictum est notorium, & pro defensione ad veritatem habendam, benè Raymundus Scanavola in suo piissimo tract. de visit. carceratorum lib. 2. §. 10. num. 13., Farinac. q. xi. crim. num. 10., Fontanell. decis. 126. num. 11., & seqq., at si intelligatur, quod regulariter Judex suppleat, querendo defensionem reorum, vel præsentium, vel absentium, meritò hunc intellectum deridet, Clarus sua pract. crim. lib. 5. §. fin. q. 44. num. 12., & q. 61. num. 4.

67 Judex supplet quoque in causa criminali inquirendo ex officio, si per collusionem accusator destitit ab accusatione, puta, quia precio, aut præcibus amicitiam facit cum accusato, & sic destitit à prosecutione accusationis, prosequitur Judex in querendo inè delicta remaneant impunita in præjudicium Reipublicæ, ut est tex. in c. 1. de collusionibus detegenda, quare Judex debet multam adhibere prudentiam, considerando, an accusatio, aut desistentia sit suspecta, & collusoria, facta scilicet, ut Reus, quasi innocens absolvatur, Maranta de ordinæ Judicarij p. 6. in princip. num. 45. c. crimina de accusat., vel saltem fiscus prosequitur accusationem, Riccius collect. decis. p. 5. collect. 1813.

68 Supplet pariter, quando certo novit reum accusatum esse innocentem, licet ex actis, & probatis reus appareat, nam licet magna sit quæstio inter D.D., an Judex debeat iudicare secundum allegata, & probata contra conscientiam, de qua quæstione videndus est, Farinac. q. crimin. 21. num. 163., & seqq., & D.D. allegati per Barbosam in c. Pastorialis §. pura vero num. 17. de off., & potest. Jud. delegat., & in c. permissio num. 9. de off.

Judicis ordinarij, Dianap. 3. tract. 5. resol. 22., tamen communiter dicunt, quod Judex tenetur omnem industriam, & artem adhibere supplendo, ut de innocentia accusati appareat, immò plures sentiunt, quod debeat Judex potius, aut causam alteri committere, aut ipse officium deponere, quam contra conscientiam innocentem condemnare, & in casu practico, ita se facturum testatur, Farinac. d. q. 21. num. 164.

69 In pluribus aliis casibus in criminalibus, tenetur Judex supplere, puta quod citius, quam fieri potest causæ expediantur, quod carceratus plus æquo non maceretur, quod carcer non sit nimis durus, & hujusmodi, in qua materia, videndæ sunt Judicis obligationes, quæ plures sunt, & in eis poterit negligentiam committere, nam omnia adnotare per arduum esset, & fortè ab instituto alienum.

70 Fallit duodecimò, Si Papa, vel Episcopus inquireat in beneficialibus, c. cum venisset de insti., & in alio supremo Principe, qui valeat cognoscere causas, sola facti veritate inspecta, quia tunc Juris ordo non servatur, Marius Cotell. de donat. tom. 1. disc. 1. pract. 6. num. 24., & seqq., Barbosa tract. de claus. usufreq. claus. 173. num. 4., ubi nu. 6., quod etiam valet in Judice delegato cū clausula (sola facti veritate inspecta), quia tunc iudicat, sicut ipse Princeps, secundu conscientiam addendo, supplendo &c., & secundum veritatem, quoquomodo habitam iudicat, licet in libello non deductam, Maranta de ordine judicarij p. 4. dist. 9. num. 17. 22., Barbosa d. claus. 173. num. 11., Riccius collect. decis. collect. 699. effectu 3.

71 Fallit decimotertio, Quando ex officio inquiretur in causa Principis, l. si vacantia, & l. penult. C. de bonis vacant. lib. 10., ut contingit in bonis quomodolibet, seu quacunque ex causa ad fiscum, seu Camera Principis devolutis, quod inter privilegia fisci enumerat, Peregr. de jure Fisci lib. 7. tit. 3. num. 8., ubi num. 47., notat speciale esse, quod sententia lata in fiscalibus causis nemine instante adhuc valida sit, contra regulam generalem, quod sententia lata neutra partiū instante sit nulla, addè ad Peregrinum Farinac. fragm. Crim. p. 1. littera F. num. 205., & p. 2. Vers. Judex num. 358., quod valet in quibuscumque bonis delatis ad fiscum, ex causa etiam non punibili, ut quia bona va-

cent, eo quia non sit hæres legitimus, neque ex testamento, *d. l. si vacantia, & l. penult. C. de bonis vacant.*, *Bald. n. l. 1. num. 7. Vers. item quod in causa fisci C. de hered. vel action. vend.*, *Paul. de Castro in l. fin. num. 6. in 18. privileg.*, ibique *Salicet. num. 21. C. de privil. fisci.*

72 Fallit decimoquarto, in datione Tutoris, aut in remotione suspecti, tenetur enim Judex ex officio inquirere de tutorum idoneitate, ut pupillorum bonaprudenti regimine tueantur, *l. credendum est propefsem, ibi satisque est eum petiisse talem, qui per inquisitionem per prætorem habitam, idoneus apparuit, & ideo nec iudicium eius sufficit ad eligendos tutores, sed inquisitio fit l. 1., l. tutores à Patruo ff. de confir. tut. §. sed hoc iure de Atiliano Tutore, Farinac. fragm. crim. p. 2. Vers. Judex num. 36.*

73 Immo tenetur Judex, antequam interponat decretum in alienatione bonorum stabilium minorum, & pupillorum, diligenter ex officio supplendo inquirere, an pupillas habeat pecuniam, vel nomina debitorum, quæ conveniri possint, vel mobilia cujuscunque generis, quorum alienatio sit minus pupillo damnosa, & præter prædia distrahi valeant, *l. magis puto §. non possum ff. de rebus eorum, Simoncell. de decreto lib. 1. tit. 1. num. 44., ubi, alios tex., & doctores adducit.*

74 Fallit decimoquinto, in causis hæreticorum, aut de Fide suspectorum ad Sacrum Tribunal Inquisitionis spectantibus, quia Judex, nempe Inquisitor debet supplere, & ex officio inquirere, exceptiones contra testes proponere defacto, repellere, interrogare, & alia ex officio supplere, quæ favorem Fidei respiciunt, quia Judex in hoc causarum genere procedit sola facti veritate inspecta, simpliciter, & de plano summarie, sine strepitu, & figura iudicii, *c. Statuta de hæreticis in 6., Scaccia de Jud. lib. 1. c. 82. num. 4., & quod in crimine hæresis, in pluribus Judex suppleat ex officio, notat Barbosa in d. c. statuta num. 12., tum quia procedit per inquisitionem ex officio, Farinac. pract. crim. q. 185. §. 1. num. 2., & §. 4., ubi plura. Tum quia intrant supradicta de causa pia, quia hic agitur favore Fidei, & de causa criminali, & de causa in qua vergeret periculum animarum.*

75 Fallit decimosexto, dum illegitimus pro-

curator stat in iudicio, quia ex officio Judex supplendo potest illegitimum procuratorem repellere, *l. quos prohibet ff. de postulan., Leoncil. decis. Ferrar. decis. 1. num. 17.*

Alias plures Fallentias, vide apud Doctores allegatos.

Verum superest investigare, an in prædictis casibus, Judex teneatur supplere, vel potius in facultate ejus libera sit, nam cum negligentia non incurratur, nisi ubi omititur, quod quis tenetur facere; necesse est dignoscere, an Judex ad supplendum defacto teneatur, *immo etiam, notat 76.*

76 Dicendum est autem Judex non solum posse, sed teneri ex officio supplere in facto, in prædictis casibus fallentiarum enumeratarum, quia allegati textus ad singulas fallentias, eam iudici important obligationem, & alios adducit tex., hanc obligationem probando, *Leoncil. de privil. pauper. p. 2. pri. 295. nu. 5., & 6., Diana p. 9. tract. 9. resol. 41., Farinac. conf. 35. nu. 2. tom. 1., ibique Famianus Confolinus in addit. litt. B., ubi ingemiscit, & deestatur abusus Judicum ignorantium, qui non suppleant prout debent.*

77 Ex prædictis inferitur primo, quod Judex interponendo decretum in contractibus minorum, tam de jure, quam ex Statuto requisitum, absque causæ cognitione negligentia incurrat culpam, debet enim prius cognoscere, an sit revera necessaria alienatio, pro qua exquiritur, ut decretum interponat, an potius expediat utilitati minoris aliam rem, aut mobilem, aut immobilem, sed minus damnosam, alienare: Sicque causas debet prius probare Judex, antequam decretum interponat, *ut est tex. in l. lex que tutores C. de admin. tutor., & causa prius non examinata diligenter, nec pro decreto præsumitur, quod sic ritè, ac rectè interpositum, ex quo sequitur, propter talem præsumptionem contractum illum, & alienationem posse infringi, Roland. à Valle conf. 33. num. 10., Castri. conf. 38. col. ult. lib. 2., Menoch. de recap. poss. remed. 13. m. 140.*

Ratio assertur per Rotam coram Adolino in Romana nullitatis contractus, decis. 603. nu. 17. deficientibus prænecessariis diligentis, decretum à Judice interpositum nullam est ipso jure, & ideo, ac si non fuisset interpositum decretum contractus nullitas resultat, *Gabriel. de sentent. concil. 5. num. 34.*

Quæ

Quæ autem diligentia, sint per Judicem præmittendæ, antequam interponat decretum in alienationibus bonorum minorum, & pupillorum; extendit *Menoch. omnino videndus de arbitrar. jud. l. 2. c. 171.*

77 Diligentias autè prænecessarias fuisse omittas, præsumitur, si nimis celeriter, ac brevi temporis intervallo ab instantia; usque ad horam contractus judex interponat decretum, nam temporis brevitatis inducit præsumptionem negligentia in Judice, *Simoncell. de decretis lib. 1. tit. 1. num. 33., Farinac. fragm. crim. p. 2. littera D. num. 58., & 60.*

78 Quæ præsumptio adeo vehemens est, ut licet Judex dicat, aut Notarius scribat solitam decantatam formulam, visis, videndis, consideratis, considerandis, tamè propter temporis brevitatem supranotatam, hoc non credatur, ut post plures, notat *Simoncell. d. tit. 1. num. 34., Gabriel. de sentent. concl. 5. num. 28.*

79 Praxis autem fert, ut nullitas hujusmodi decreti non asseratur in iudicio, nisi ubi appareret de enormissima læsione, quia enormissima læsio, adiuncta brevitati temporis, ut supra dixi, facit præsumere non adhibitas fuisse per judicem necessarias diligentias, *Gabriel. de sentent. concl. 5. num. 35., & 36.*

80 Limitat prædicta *Gratian. discip. for. c. 153. num. 4.,* ubi interveniret præsentia consanguineorum, de quorum consilio fiunt alienationes, quo casu præsumitur decretum fuisse interpositum causa cognita, & diligentis præmissis, quia præsumitur consanguineos informasse in omnibus necessariis Judicem, atque de utilitate, ac necessitate contractus, *Gabriel. d. concl. 5. num. 34. Vers. contrarium.*

81 Hec tamen præsumptio resultans, ex præsentia consanguineorum, vel ex alio capite, non liberabit judicem à culpa Theologica, si revera non adhibuit necessarias diligentias, quia quo ad forum conscientia præsumptio cedit veritati, in quo foro propter Dei præsentiam, sola veritas operatur, non jurisdictio, aut præsumptio, facit *tex. in l. nec rei §. 1. ff. de adop. Barbosa de axiom. Jur. axiom. 97. num. 6., & rectè observat Valerius de different. utriusque for. in præludis num. 7. 8. 9., & 10.*

82 Inferitur secundo, quod Judex parti instanti pro justitia nihil respondens, aut nihil

operans, dicitur negligens, *Franc. in c. ex ratione nu. 49. de appellat., & in jure est vario modo consultum contra Judicem, sic negligentem, quod declarat Bartol. in l. fin. C. de variis, & extraord. cognit., & sequitur, quod si Clericus conventus coram iudice, laico petat remitti ad suum Judicem, & ille negligat remittere, mortaliter peccet, Carol. de Grassis de effectib. Cleric. eff. 1. num. 212.*

83 Hinc primo, sequitur, quod instante parte, si Judex negligat punire, & vindicare sepulcrorum violatores punitur, *l. si quis sepulcrum C. de sepulc. violat.*

84 Secundo sequitur, quod si negligat cogere partes ad servanda pacta, & conventiones, facit litem suam, *l. penult. C. de pact. in fine, c. qui sine peccato 3. q. 7., c. dominus noster 23. q. 2., & qui instat, sentiens se gravatū, vel prejudicium sibi inferri, ex iudicis negligentia, potest contra Judicem quærellam instituire, l. si appellationem C. de appellat.*

85 Tertio sequitur, quod si Clericus actor sequendo forum rei, conveniat laicum coram Judice laico negligente Jus, & justitiam facere, possit Clericus eundem Laicum convenire coram Judice Ecclesiastico, *c. cum sit, c. Clericus de foro compet.,* Quin etiam si ter admonitus adhuc neglexerit est ipso jure excommunicatus, *c. administratores 22. q. 5.,* ibique *glos. in Vers. privatos, Jo. Andr. in c. cum quidam num. 1. de except. 186.,* quem tamen textum *d. c. administratores, Farinac. in pract. crim. q. 111. num. 416.,* intelligit, ut habeat locum tantum in Principe, eo quia dicit Administratores secularium dignitatum, non autem in Judice inferiore, &c.

At privati jurisdictione post trinam requisitionem, per *tex. in auth. statumimus C. de Episcop. & Cler., Felin. in c. ex litteris 11. num. 8. fallent. 2. de constit., Scaccia de appellat. q. 17. num. 47.*

86 Quarto sequitur, quod si Judex fuit negligens in examine testium à parte inductorum, deinde publicavit processum, eum negligentia Judicis non debeat partibus obesse, poterunt instante parte testes examinari, etiam si plures menses efflexerint post publicationem processus, *c. per tuas de testibus, c. attest. ibi dicitur non obesse, ibi dicitur non obesse.*

87 Quinto sequitur, quod si appellans instet pro Apostolis infra 30. dies, & Judex dare negligat, si postmodum vellet procedere, processus ejus est nullus, *ex ut super, in ab eo de ap-*